Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 256

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 133.

"feri Strakoniensis ordinis hospitalensis
"Iherosolimitani finitus est liber istofe,
"ria sexta post festum S. Michaelis Ar"
"changeli per me johannem hofmulner
"de Weytra tunc temporis cooperator di"
"vinorum ~~comunis~~ in Waydhofia super Tya
"de anno domini 1437. Authorem floruis,
"se saeculo XIV dicit Krausius p. 179.

Cod. CCLVI.

part: membr: part: chart. Fol: saec: 14.

B 3.4.

1 Fol: 1a – 89b

Mathaei de Cracovia Expositio Psalmi: Beati immaculati.

Mathaei de Cracovia expositio Psalmi: Beati immaculati in via. Incipit: "Tria sunt, que mentem hominis reddere possunt affectam ad desiderandum noticiam hujus psalmi. Inter opera quidem Mathaeo ab eruditis tributa non reperitur; elenchus tamen asseri antico codicis inscriptus eundem authorem nominat.

2. Fol. 95a – 151a

Guilielmi de Lancea Dieta salutis.

Guilielmi de Lancea dieta salutis. Rubrica prologi, qui errore librarii ad calcem operis rejectus est, sonat: "Incipit tytulus triumphalis via vel dyeta salutis vocatus et primo prohemium"; ejus autem initium: "Hec est via ambulate &c. Magnam misericor,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 256

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 134.



" diam facit." Dicta authorem esse Guilielmum de Lancea ostensum est in Cod. LXX. n. 1.

3. Fol. 154a–167a.

S. Thomae Aquin. liber de perfect. vitae spiritual.

S. Thomae Aquinatis liber de perfectione vitae spiritualis. Rubrica est: "Incipit liber de perfeccione spiritualis vite editus a fratre Thoma de aquino ordinis predicatorum capitulum primum que sit auctoritas /: authoris :/ intentio." Initium est: "Quoniam quidam perfeccionis ignari." In fine explicit libellus de perfeccione vite spiritualis In nomine dom. amen. Anno domini M°. ccc°. Nonagesimo VIII°. Genuinum esse probat Quetif. T. I. p. 335.

4. Fol. 167a–205a.

Henr. de Hassia tract. de contractibus.

Henrici de Hassia tractatus de contractibus. Incipit: "In sudore vultus tui etc. Tanta erat illius prime transgressionis culpa". Henricum esse hujus tractatus authorem manus coeva codici nostro inseruit, et testatur Bern. Pez. Anecdot. T. I. in dissert. Isag. p. 79.

Cod. CCLVII.

B 35.

Chartac. Fol. Saec. 15.

1. Fol 1a–8a.

S. Augustini liber de cura pro mortuis.

S. Augustini liber de cura pro mortuis. Praemittuntur quaedam ex ejusdem libris retractationum, opusculum de cura pro mortuis concernentia; tum opus nostrum sequitur, quod incipit: "Diu sanctitatis tue venerande coepisco pe pauline". Extat inter opera ejus edit. Maurian. T. VI. col. 515.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 256

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27608

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)